



**Institutiones Canonicæ Sive Ius Ecclesiasticvm**

**Wiestner, Jacob**

**Monachii, 1706**

LXII. Nullus ex consilio, dummodo fraudulentum non sit, obligatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62649](#)

## REGULA LXII.

*Nullus ex Consilio, dummodo  
fraudulentum non sit, obliga-  
tur.*

## SUMMARIUM.

1. *Sermo est de consilio nocivo.*
2. *Sensus & Ratio Regula:*
3. *Quae etiam, si consilium causa dam-  
ni.*
4. *Et tertio nocivum sit, procedit.*
5. *Ex consilio doio/è dato quis obliga-  
tur:*
6. *Præterim, si securus sit effectus,*
7. *Et, si à consiliario, medico &c. impe-  
ritum sit datum.*

1. **C**onsilia expertuntur, & suggerun-  
tur etiam; ut negotia circum-  
spectius & utilius gerantur. Non  
rarò tamen accidit, ut ista geren-  
tis intentioni non respondeat eventus, &  
ex illo damnum sentiat, qui speravit emo-  
lumentum: cui casui accommodata est  
Regula præfens, & illa Ulpianæ, *Consilij  
non fraudulentem nulla obligatio est: si dol-  
lus & calliditas intercessit, de dolo actio  
competit, quæ est 47. in Pandectis.*
2. *Sensus est, Quis bona fide alii consi-  
lrium dedit, reparare non tenetur dam-  
num & sufferre incommodum, quod ex  
illo præter intentionem est secutum: quod  
etiam desumitur ex I. Mandatum 2. §. fin.  
ff. & §. Tua 6. Instit. de Mandato. Ra-  
tio est; quod, licet consilii ad negotium  
gerendum quis instruatur ac moveatur,  
necessitate tamen vel obligatione non  
constringatur, c. Cùm olim 7. de Arbitris;  
cùm liberum ei sit, etiam ex intervallo  
apud se discutere & explorare, an sibi ex-  
pediat, necne, §§. citr. ut proinde consi-  
lia roganti & non rogatum excipienti  
is, qui dedit, cum Epidico servo apud  
Plautum dicere valeat, *Si placet consilium  
utimor: si non placebit, repetitote meo-  
lius. Abi iſſib[us] nec servior nec meritur,*  
sive, id utile sive damnosum fuisset, eventus  
probabit. Et quis obsecro consilium un-  
quam daret, si eventu rationi prævalente  
ex illo imminentis damnum ad se, non eti-  
am utilitatem pertinere existimat?*
- Eadem etiam patrocinatur consilia-  
rio adversus tertium, cuius lucro obstat  
consilium intercedens; ut, si ex hoc à Ca-  
jo aedatur lucrosa hereditas, quæ si ab eo  
repudiata fuisset, Titio obvenisset; vel  
ab eodem Cajo non sit facta donatio, in-  
eundem conferenda, si Cajum donaturum  
à proposita liberalitate consilium non ab-  
duxisset, Titio non competat actio adver-  
sus consiliarium: dummodo iste proces-  
serit bona fide &, Titii odio fuisse adi-  
ctionem & donationem dissuasisse, argui-  
non possit, arg. l. fin. ff. Si quis aliquem  
test, probabit.
- Si ex fide non bona consilium pro-  
cessit, Regulæ locum non esse indicatur,  
verbis. *Consilij non fraudulentem & Dum-  
modo fraudulentem non sit: quibus, fraude  
suggestum obligatorum esse, aperè  
insinuat; obligatur enim fraude con-  
silium dans illi, cui id fuit damnosum. Li-  
cet autem huic ex fraudulento consilio  
doli actionem dixerit adstruet Ulpianus,*  
hæc tamen JCT. assertio vera duntaxat  
est, si alia actio non competat; cùm, si alia  
Iure prodita sit, actio de dolo cesset, l. t.  
§. 4. & l. *Si quis 9. ff. de Dolo, cuius pr.  
consiliarium, qui hereditatem esse mini-  
mam affirmando, ut eam sibi venderet,  
heredi callidè persuasit, non de Dolo, sed  
Venditi actione conveniendum, idem  
JCT. respondit. Sic etiam Furti agi-  
tur adverius eum, cuius consilio res aliena  
fraudulose contrectata, ll. *Si quis 12. §.  
P p p 2. 21 ff. G**

21. ff. & 20. C. de Furtis: & Injuriarum aduersus eum, cuius consilio injuria alii cui illata est, §. Non solum 11. Inst. de Injurias. Sic lege Julia de adulterio, qui cuiquam flagitium hoc persuasit l. Hac verba 12. l. Is cuius op. 12. ff. ad l. Jul. de adulte. lege Cornelia de sicariis, cuius calidis suadentis machinatione innocens iudiciorum capitali oppressus est vel naufragus suppresus. I. Eiusdem 3. S. 4. ff. ad L. Cornel. de sicar. & Lege Pompeia tenetur, cuius dolosō consiliō parricidii crimen est perpetratum, l. Utrum 6. ff. ad L. Pomp. de Parricid. ut quod trita parceria habet, Consilium malum consulari pessimum sit, cum poena ordinaria infligenda videatur illi, cuius hortatu, usu, consiliō ad perpetrandum crimen quis est inductus, U. cits.

6. Hoc tamen DD. sic mitigant, ut locum habeat, si maligna hujusmodi suggestio facta sit cum effectu, & delictum actu perpetratum, l. Si quis uxori 52. §. 19. ff. de Furtis & l. Sape 52. §. fin. ff. de V. S.

Idipsum aliqui temperant restringendo ad casus, quibus reus absque consilio peccatur non fuisse: quod tamen DD. aliis, in Iuris rigorem magis quam Clementiam distinguitur intentis, non placet quod aperte refragetur l. 1. §. 4. ff. de Servo corrupt. Vide ea de re lubeat Clarum §. fin. q. 89. & Menoch Lib. 2. de Arbitr. casu 35. à n. 17.

7. Non malè in proposita materia excepti soleri Asteiores, Consulentes, Medici & similes; hos enim ex imperito consilio obligari, desumitur ex l. Hoc Editio 2. ff. Quod quisque iur. in alt. & l. Illicitas 6. §. 7. ff. de Offic. Presid. Ratio est; quia dolo æquiparatur culpa lata, l. 1. §. 1. ff. Si mensur fals. mod. dix. & l. Magna 226. ff. de V. S. cuiusmodi culpam committit, qui fulcitur & administrat officia.

cium vel profitetur artem, cum scientia ad eam necessaria destitutur: sequitur imisceatur rei, ad suam cognitionem non pertinenti. Quia de re latè & accuratè factinac. Prax. Criminal. q. 122. p. 5. n. 6.

### REGULA LXIII.

*Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri.*

### SUMMARIUM.

1. *Sensus & ratio Regulae,*
2. *Exceptio includit tacitam conditionem,*
3. *Que utiliter exprimitur ab excipiente,*
4. *Solutio objectarum instantiarum,*
5. *& Regulae restrictio ad Reos.*

I Dem afferitur l. Non utique q. ff. de Excep., cuius & praesentis Regule explicationem dedi Lib. 2. tit. 25. à n. 33. quod loco deductis hic pauca addere luet.

Sensus ergo propositæ Regulæ est Reus, actori ad excludendam ejus intentionem, sine ipsis absolute affirmatione, exceptionem oponens, ejus intentionem non confiterit; sic enim rei vindicatione conventus, si rem venditionis, donationis, permutationis titulò ad se pervenisse exceptiat, non hoc ipso, auctore ejus dominum fuisse, facetur; cum rem vendidisse, donatione vel permutatione transtulisse potuerit, qui ejus dominus non fuit. Sic etiam latam sententiam, testamentum, rei præscriptionem non confiterit, qui sententiam vel testamentum valore definiui aut rei, quæ prælcripta afferitur, positionem interruptam excipiendo opponit. Ratio est; quod sit contra naturam exceptionem.